

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

te oro, ut ad Sabinum per nunciū fidelem forte oblatum, sine tuo sumptu mittas. Haec scripsi in urbe Brandenburga, quo filias Sabini ad uisendā auiam adduxi. Spero autem uos accepisse exempla nostri libelli: in quo si cætera non placuerunt, spero tamen placuisse Latinam adhortationem de cōcordia. Quanquam & de cæteris iudicia uestra cognoscere cupio. Et admonitiones uestras libenter audio. Utinam in Ecclesia amanter alij alios moneant, sicut scriptum est: Docete & emendate uos mutuò. Bene uale. Die septimo Decembri, in arce Brenni.

### Eidem.

Reuerende uir, & amice charissime. Illustrissimo principi Electori Marchionis respōsionē meam mitto de controuersia Stanca: & oro, ut uos ipsi exhibeatis illustrissimo Principi, uel exhiberi curretis per magnificum dominum Cancellarium, ut ornatiſſimum uirum dominum Thomam. Orabitis etiam, ut mihi uenia detur, quod tardius mitto. Legerunt alij, & comprobarūt, sed subscriptiones nō petiui: quia nolui alijs attrahere certamina cū Stan caro, homine ualde maledico. Scripsit de me epistolas plenas arrogatiæ & crudelitatis, cum nunquam à me Iesus sit. Sed mei labores Deo & multis bonis uiris noti sunt. Non moui diffidia: sed cūm esset magna opinionum confusio, quæstui explicationes ue

ras & simplices, quæ intelligi possent, de toto corpore doctrinæ. Stancarus quid sentiat in uniuersa doctrina, nondum scimus. Bene & feliciter ualete, & curate mihi scribi tantum hoc, ut sciam an sint exhibetæ meæ paginae. Iterum ualete. Die primo Augusti.

Eidem.

Venerande & charissime domine Georgi. Mitto illustrissimo principi Electori, Marchioni Ioachimo, quasdam nostras deliberationes, quas oro ut ei mox exhibatis: & mihi significetis, an sint exhibite. Potestis eas & uos legere, & spero uobis & omnibus pijs, qui legent, placituras esse. Bene ualete, et rescribitez. Die Dominico, 13 Decembris, Anno 45.

Venerando viro, eruditione et uirtute prestanti N.N. pastori Ecclesie in

Tangermunda, fratri suo  
charissimo,

S. D. Venerade domine, & charissime frater,  
intelligo senatum Brandenburgensem de te uocando  
ad gubernationem suæ Ecclesie deliberare: ac à me  
petiuit, ut tibi hortator sum, ut ad ipsos commigres.  
Nihil mibi potentia sumo, sed opto ut vicina Eccle-  
sia feliciter regatur. Et spero te in urbe Brandenburga  
utilius Ecclesie seruiturum esse. Nobis quoque  
propriorem te esse opto. Scriberem plura, nisi nun-

*Solenus ep. 17*

377.

Q. clus